

DIE III. FEBRUARII.

S. BLASII EPISCOPI ET MARTYRIS.

SIMPLEX. Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui beáti Blásii Mártyris tui atque Pontíficis solémnia cólimus † ejus apud te intercessiónibus adjuvémur : Per.

DIE IV. FEBRUARII.

S. ANDREÆ CORSINI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum : da pópulo tuo beáti Andréæ Confessóris tui atque Pontíficis ita sequi vestígia † ut assequátur et præmia : Per.

DIE V. FEBRUARII.

S. AGATHÆ VIRGINIS ET MARTYRIS.

DUPLEX.

Omnia de Communi unius Virginis et Martyris præter hic notanda.